Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Examen Alchymisticum

Gassmann, Franz

Noribergae, 1676

VD17 VD17 12:187373A

Epilogus

urn:nbn:de:bsz:31-99973

Visual Library

EPILOGUS.

EX adductis hisce fundamentis & probationibus ſolidis, conſtare Magnatibus puto, quid in arte Chymicâ quærendum & qualiter comparatus ſit verus Philoſophus, item quid Sophiſtarũ humeri valeant & quid ferre recuſent. Si hunc tractatulũ perlegunt & diligenter perpendunt, promitto ipſis ſecurè, quod â nnllo impoſtore, quantumvis callido, decipientur. Si verò aliis opinionibus falſis præoccupati ſunt & veritatem admittere nolunt, doleant etiam intus & in ſinû, neq; totam artem divinam pro ludibrio habeant, eò quod per Impoſtores, ſanitate & bonis privati ſint. Quicunq; aliquid tractat, quod non intelligit, nec intelligere vult, ſi decipitur circà iſtud negotium, & fine fruſtratur, non aliis; ſed ſibi ipſi imputet. Quid mercatori improbo intereſt, ſi emtor mer-

ces

ces ſitû obductas carè emit: jura vigilantibus, non dormientibus ſcripta. Accedit, quòd non omnes Impoſtores ſint activi intentionaliter. Præterea non ſequitur: tot annos & ſumtus trivi in hoc ſtudio, tot Sophiſtas alui, ſed nil inveni: Ergò tota ſcientia eſt falſa. A noſtrâ inſcitiâ ad rei veritatem vel falſitatem argumentari, non valet conſequentia.

Qui itaq; in hoc ſtudio Spagyrico, vel Hermetico, vellere aureo potiri vult, diſcat prius ejus ſubjectum & objectum benè noſcere, & tunc non emanebit deſideratus

F I N I S.